



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Gulae uitium fugiendum wat propter quatuor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

Gentilibus de uenia peccatorum. **Matth. 2.** Videntes stellam Magi gauisi sunt, &c. Captiuus qui erant in limbo. **Zach. 9.** Tu autem in sanguine testamenti, eduxisti uinctos de lacu, &c. Quinto, quia durable. **Matth. 16.** Et gaudium uestrum nemo tollet à uobis, &c. **Mat. 16**

*Gula uitium fugiendum est propter quatuor.*

**P**rimo, quia scripturæ docet. **Ro. 13.** Curam carnis ne feceritis in desideriis, &c. Et illud Saluatoris. Attendite ne grauentur corda uestra crapula & ebrietate. **Luc. 21** Secundo, quia necessarium est. Vnde Hieronymus. In pugna Christi prius contra gulam agitur, quia nisi hæc prius refrenetur, frustra contra alia uitia laboratur. Et Isidorus. Nemo potest dominari ceteris uitiiis, nisi prius uitium gulæ restrinxerit. Nec potest spiritus immundos à seipso expellere nisi per abstinentiam gulæ. Et qui habet intus periculum frustra foris agitur bellum. Tertio, quia Deo multum displicet; Propter tria; primo, quia uitium illud contumeliam Deo facit, quia deificat uilissimam creaturam, **Isyd.**

- Philii, 3** silicet uentrem. Philip. 3. Quorum  
Deus uenter est, & gloria eorum in  
confusionem. Secundo quia obliuio-  
**Ose, 13** nem dei inducit. Vnde Osee cap. 13.  
Adimpleti sunt, et saturati, & eleua-  
uerunt cor suum, & obliuio sunt me-  
**Idem, 4** Idem. Vinum et ebrietas aufert cor.  
**Grego.** Et Gregorius. Sicut nubes operit  
lumen lunæ, ita et uapores uentris  
anima sapientiam dei. Tertio, qui  
deum blasfemat in excedendo modum.  
**Auguf.** Vnde Pater Augustinus. Si moderatam  
naturæ debitum in moderatione ex-  
citatis excedas, & uinolentia te impu-  
gites, quantaslibet Dei laudes lingua  
tua resonat, uita blasfemat, sicut in-  
mositas operis artificem laudat, si  
eius deformitas eum quodammodo  
blasfemat. unde male uiuens creaturam  
suum blasfemare dicitur. Quarto,  
quia diabolo multum placet propter  
duo. Primo, quia per hoc uinum  
multos perdidit & cotidie perdit.  
Hoc uinum in matre nostra Eua, oc-  
casio fuit omnium malorum. Cuius  
in deserto temptauit. Populus  
**Pfal, 77** Israeliticum peremit, sicut dicitur  
in id. Adhuc escæ eorū, &c. Pro ex-  
cessu uinum copiam poteris officinam Te-  
bellum, et libellum uirtutum & uiti-  
orum uidere. Secundo, quia hoc uinum  
**Mat, 12** est requies demonum. Matt. Cuius

mundus spiritus exierit ab homine  
 ambulat per loca arida & inaquosa  
 quærens requiem & non inuenit, &c.  
 Vnde legio dæmonum dixit domino. **Mat. 8.**  
 Si eiciis nos hinc, mitte nos in porcos.  
 Postquam aliquis uitio gulæ sub  
 ditur porcus est, et bestia, & habita  
 tio dæmonum. Vnde Gregorius. **Greg.**  
 Nisi quis more porci uixerit, diabolus in  
 eo potestatem non accipit. Et Hiero. **Hieron.**  
 Qui post carnem suam ambulant, in  
 uentrem et libidinem proni, quasi  
 irrationabilia iumenta reputantur.  
 Quinto, quia homini sūme nocet, sed  
 sequere caput quod sequitur infra.

*Gulæ mala sunt sex.*

**P**rimum est, quia intelligentiam  
 hominis obscurat. Et est senten  
 tia Diui Hieronymi et etiam **Hieron.**  
 Tullii. Secundum, quia inducit lo  
 quacitatem, & lasciuiam. Et est sen  
 tentia Diui Gregorii. Et Exod. 31. **Tul.**  
 Seddit populus manducare, et bibere, et **Grego.**  
 surrexerunt ludere, &c. Tertium est, **Exo. 31**  
 luxuria. Hiere. Saturati eos, et mœ  
 chati sunt, & in ædibus meretricis lu  
 xuriabantur. Vnde in delitiis casti  
 tatis periclitatur, ait Hieronymus. **Hieron.**  
 Quartum est, quia ex hoc uitio pro-